UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 13. Sancti Felicis de Cantalitio obitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67246

Visual Library

Sæcul. XVI. A C. 1587.

leſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo electus, expleto officii ſui tempore Conventum Almadæ erexit, eoque ſecedens vitæ ſuæ finem impoſuit.

§. XIII.

Sancti Felicis de Cantalitio obitus.

Bolland. p. 106. Papeproch. t. 4. p. 205. t. 7. p. 807. col. 2. Baill. vie des Saints 18. Maji.

Præterea Eccleſia hoc anno recolit mortem Felicis de Cantalitio, qui ex Ordine Patrum Capuccinorum, quos converſos appellant, Religioſus erat. Hic veterum Eremitarum, qui nonniſi ſylveſtribus fructibus, herbisque admodum parce victitabant, vitas perlegens æquali abſtinentia cœlum promerendi, eosque imitandi deſiderium conceperat: verum cum in hoc vitæ genere exercitatos Eremitas, quibus ſeſe aſſociare poſſet, haud reperiret, Patres Capucinos adiit, a quibus etiam ad eorum Cœnobium Civitatis-Ducalis in Umbria admiſſus, habituque indutus ſeſe ſolemni votorum ſponſione Deo ſacrabat: ubi eleemoſynas oſtiatim colligere juſſus in hoc munere, quod aliis ſæpe petra ſcandali eſt, ipſe ad majorem vitæ perfectionem aſcendendi media reperiebat, nam aſſiduus in exercendis humilitatis operibus, plena omnium rerum alienatione, obedientia, charitate erga omnes, patientia, atque maximo erga Deum amore eximius evaſit,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſit, obiitque ſanctitatis fama clarus die decima octava Maji Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſeptimo. Sæcul. XVI. A. C. 1587.

§. XIV.

Joannis Vigandi exitium.

Pariter ex Lutheri Sectatoribus celebris quidam Theologus nomine Joannes Vigandus hoc anno die vigeſima prima Octobris ſexageſimo quarto ætatis ſuæ anno e vivis ereptus eſt. Is Mansfeldiæ ex tenuis quidem fortunæ parentibus, qui tamen opum inopiam honeſtate, ac probitate compenſabant, natus abſoluto ſtudiorum curriculo infauſto fato Lutherum, & Melanchtonem Magiſtros habuit, unde Mansfeldiæ, Magdeburgi, Jenæ, & Wiſmariæ Proteſtantium Eccleſiarum Miniſter nominabatur, ac unacum Matthia Flaccio Illyrico operam ſuam locabat ad concinnandas Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ centurias, quod opus notum eſt ſub nomine Centuriatorum Magdeburgenſium: confecto autem hoc libro Vigandus a Stephano Batorio Poloniæ Rege juxta pacta inter Polonos, & Boruſſos inita Pomeraniæ, ut vocant, Superintendens nominabatur: porro tum hujus Eccleſiæ ſedes, quæ olim Mariæwerdæ hujus Provinciæ urbe erat, rurſus

Thu. l. 88. Melch. Adam vit. Theol. Germ.